

**8271** d. m. | Antoniae Clementinae ux., P. Rufius Flaus | m. f.<sup>1</sup> et s., viv.; inq. memoriam perpetuam | hortos coherentes sive suburbanum tradidit | lib. libertabusq. ex familia ux.<sup>2</sup>, Marullo, Antroclo, Helenae, Tertullinae; excepitq. nequis eos | venderet, set per genus ipsorum possessio (*sic*) decurreret | vel per atnatos vel manumissos.

*Tarracone (II 4332 vidit Huebner). — 1) Merenti (maritus?) fecit. — 2) Uxoris.*

**8272** C. Iulius Hermes | libertis libertabusque suis | dedit posterisque eorum, | ita ut ne quis ex hoc agro aedificis|ve quibus donationis causa emancipatum erit, de nomine alienasse | velit nisi in persona filiorum | aut libertorum suorum, ne simili | poena sepulchri teneatur.

*Romae, iam Neapoli (VI 20061 vidit Mommsen).*

**8273** P. Marcius P. f. Maximus | et Messenia L. f. Valeria | fecerunt sibi et suis libertis | libertabusq. posterisq. eorum, | ut usque ad unum ex domo eorum | qui extiterit possideat<sup>1</sup>, ne at exterum | perveniat.

*Romae (VI 22083 vidit Hensen). — 1) Intellege: ut, quousque unus ex domo eorum extiterit, is possideat.*

**8274** d. m. | T. Aelius Aug. lib. Faustus | et Aelia Arete uxor fecerunt | vivi sibi et liberis suis, item | libertis libertabq. suis et | posteris eorum, ita ut ne de | nomine suo aut familia exeat | ut possit memoriae suae qua| m diutissime sacrificari.

*Romae (VI 40704 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII).*

**8275** d. m. | L. Iulius Apollonius et | L. Iulius Karicus | fecerunt | sibi et suis et libertis | libertabusque posterisque | eorum | et ne quis alienigerum<sup>1</sup> | corpus inferre velit, item | ne de nomine Iuliorum exeat. | Huic monumento dolus | malus abesto.

*Romae (VI 19844 descr. saec. XVIII R. Venuti). — 1) Sic videtur legisse Ven.*

**8276** C. Iulius Iason et | Cocceia Tryphaena | fecerunt sibi et | libertis libertabusque | suorum dumtaxat qui | ex familia eorum fuissent. | In fr. p. VI S, in agr. p. VIII.

*Romae, iam Oxonii (VI 20087 vidit Huebner).*

**8277** d. m. | P. Sullio Narcissiano | filio benemerenti fecit | Terentia Secundilla | et sibi et suis posterisque | eorum, ita ne de nomine | libertorum libertarumve | meorum posterisq. eorum exeat.

*Romae (VI 26940 vidit Marinus).*

**8278** M. Varenus<sup>1</sup> Diogenes | fecit sibi et suis et | Veturiae Maximae | coniugi ca[r]jissimae et | M. Varenio<sup>1</sup> Fortunato Maio<sup>2</sup> | et M. Varenio<sup>1</sup> Fortunato, vix. | ann. VII mensib. X dieb. XV, | et libertis libertabus posterisque. | eorum et quorum nomina | hic sunt, ne de nomen Varenii | exsistat.

*Romae (VI 28318 vidit Bormann). — 1) Primum quadratarius scripserat Varenius, Varenio. — 2) An: maiori?*